



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

II. Regvla Principialis. Cum substante vocans & vim quod seruat eoru[m].
Si sit res eadem post se rectu[m] retinebunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

quamur quæ de altero. Immo quia modestia fecit, ut de nobis pluraliter loqueremur, sed pone rationem esse nullam, adhuc autoritas unum defendit, non alterum. At quid mouit primum maiores nostros, ut unum dicerent magis quam alterum. Dic tu, cur non daui dixerunt, ut amaui, aut uas uaris, ut mas maris &c. Audiatur Iulianum digestis titulo de legibus & senatusconsultis dicentem, Non omnium quæ a maioribus introducta sunt ratio reddi potest. Et subdit Neratius. Et ideo rationes eorum quæ constitutum inquiri non oportet, alioqui multa ex his certa que sunt subuertunt. Et Quintilianus lib. i. in sty. orat. Meminerimus non per omnia dici analogie posse rationem, quam sibi ipsa pluribus in locis repugnet. Et lib. viij. Qui iaculum emittit iaculari dicit, qui pilam aut suadem appellatione priuatim sibi assignata caret. Et ut lapidare quid sit manifestum, glebarum testarumque iactus non habet nomen. Vides quomodo a sibi locus parum est efficax in grammatice, nisi autoritate fulciatur,

Regula elegantiae.

Q duo si rectos numerum verbo variorum
Præponas, verbum quadrabit proximiori.
Omnia pontus erat, deerant quoque littora ponto,
Vestis sunt lana, at vestes est lana caueto.

Verbum substantiuum positum post duos numeros diuersorum numerorum eleganter conformatur proximiori. Terentium. Amantium iræ redintegratio amoris est. Oui. Vestes quas geritis sordida lana fuit, nuptiarum unum connubiū est. Plinius. Animæ leonis uirus letale est. Venetiæ diues oppidum est Venetia est ipsa prouincia, qui secus loquitur ineleganter loquitur, sed latine non satis, tamē ut doctissimus uir Iodocus clichthoueus dixit in Dathum si recte recordor. Oui. in metamor. ait, Gaudia principium nostris sunt proce doloris. Quæ si uerbum in medio ponatur, præcedenti conformabitur, ut Athenæ sunt pulchra urbs, populus est homines &c. aliquando legitur contrarium, præsertim ubi est caput pro significat, ut pisces quos ceperunt apostoli, est collectio fidelium. i. significat collectionem &c. Vbi libentius uerbum in fine locarem, ut in Psal. Mandata tua meditatio mea est. Ad Corinthios. An nescitis quoniam membra uestra templum est spiritus sancti qui in uobis est.

II. REGULA PRINCIPALIS.

Cum substante vocans & vim quod seruat eorum.
Si sit res eadem post se rectum retinebunt.

C v

Ioannis Despauterij Niniuite.

Verba substantiua, uocatiua, & eorū uim habētia regūt a tergo ntm̄ q̄ uere aut false significat accipi p̄ eadē re cū ntō a frōte recto, ut sum paruus, uocor Ioānes, sedeo letus. Dixi q̄ uere &c. Alioqn̄ ḡtūs pōnereī, ut liber est Ioānis, aut dtūs, ut q̄ternio est petro &c. Inuenit̄ alī q̄n̄ ntū loco uocatiuus. Catullus, Rufe mihi frustra ne q̄c̄q̄ credite amice, sic Ser. dignate. i. digne habite dixit, Tu sic loquere, Petre esto bonus nō bone. Proptius quoq̄, ut Catullus ait. Lectule delictijs faete beate meis. Et Virgī. Salue uera Iouis, ples decus addite diuis. Illi us aut̄ eiusdē enei. i. Nate meq̄ uires mea magna potētia solus. Nate patris sūmi q̄ tela typhoea tēnis. Ordo est ut notauit Badius, Nate q̄ solus tēnis &c. Putāt qdā siles copulari casus etiā hic, liber est petri q̄a intelligit̄ ens, sic dicerēt dialectici negātes obliquū posse eē p̄dicarū. Ceterū & si hoc forte uerū sit, nō tñ dicemus, liber est ens uel existens, q̄a qdā subaudita turpit̄ exprimūt, ut de uocatiuo iā diximus ubi ntūs it̄lectus nō exprimit̄, ut Tityre coge pecus, o tu ama &c.

Quo sup̄ uba sta

Verbū substantiuū est qd̄ p̄ se subst̄at nec indiget alio, sed ī ip̄m cetera resoluūtur, ut ego lego. i. sum q̄ lego. Ait Calepinus, Ego p̄o lego. i. sum legens qd̄ in passiuo non accidit, q̄a participio p̄senti caret apud Latinos, ut participio p̄terito in actiua uoce. subst̄at quoq̄ ī cōiugādo passiuīs, deponētibus, cōibus & neutropassiuīs, cū in p̄sona libus passiuē uocis. Existimat aut̄ Plato illa nō eē q̄ oriant̄, ut interesant, auget̄, senesc̄at, id p̄opprie eē dicit qd̄ q̄ternū est neq̄ mutabile, neq̄ corruptibile, qd̄ dei p̄priū est. Vñ est illud. Ego sum q̄ sum, tāq̄ solus deus esse dicat̄. Sic Bessarion elegantissimus Platonis defensor ait. Permenidē & Mellissum poetas & philosophos intellexisse tm̄ unū esse, quod ipsorū p̄bat carminibus. & ponitur est frequēter sine casu a tergo. Verba substantiua duo sunt, sum, sto, nam existo p̄ sum rarius capit̄, ut exto, & utrūq̄ significat emineo, extra sto. aliq̄n̄ etiā supersum. Oui. Existūt montes quos sūmū texerat æquor. Multorū poetarū opa nō extāt. Cice. de diuinitate. sūmersus equus uoraginibus non existit. Et iterū. Existit hoc loco questio subdificilis. i. prodit, exurgit. & lib. ij. offi. Atqui eo tempore tāte discordiē secute sunt, ut & tyrāni existerēt, & optimates exterminarent̄. i. apparent̄ p̄dient̄ &c. Idem, Quē ut scis, extat oratio, ut em̄ de hoīe dicit̄ super se, quia uiuit & nondū sub terra humatus est, ita de inanimis extare, id est extra stare, & in tenebris nō latere &c. Cōtrariū est intercidere Pli. li. xxxv. siue extāt intercidere. Capit̄ etiā p̄ manifeste esse, Ait Calepinus. Lactantius li. iij. Si cōlestibus beneficijs extiterit ingratus. Cōposita substantiuorū substantiua nō sūt, ut desum, desio &c. de qb̄ infra ageī. A tergo aliquid p̄ ntō ponimus, ut a fronte. Cice. ad Atti

cum magis isti seruiunt si obseruare seruire est, hoc ideo fit, quia (ut Priscianus ait) Infinitum rem significat ipsam quam continet uerbum, currere enim cursus est. Valerius Maximus de Policrate. Velle ac posse in æquo positum erat. id est uoluntas & potestas uel potentia. Seneca. cxvii. epi. Inter sapientiam & sapere quid intersit, nescio. *Verbum uocatiuum est quoddam generale quod per rei nomen presertim proprium, aliquando etiam conuenienter determinatur, ueluti uocor Ioanes, studium sapientie que philosophia appellatur. Dixi quoddam generale non quoddam, ne duo adiectiua conuenerent, quid autem substantiuum est. Cice. in epi. Est quoddam tertium, sic bonum latinum noluit, sed ut Ouidius. Quam legis a rapta bryseide litera uenit. Vix bene barbaris, ca graeca notata manu, & Iuuenia. Quum sit turpe magis nostris nescire latine, subaudi loqui. Sunt autem uocatiua quinque, nuncupor, appello, uocor, dicor, nominor, quorum uim seruatur in scribor, quod triuiales dicunt intulor, quo utuntur etiam non penitus aspernandi. Tu inter glossemata reijcito. Quis inscribit hic liber, non qualiter, aut quomodo uocatur. In scribit aeneis uirgiliana. Hora. in arte. Descriptas seruire uices operumque colores, Cur ego si nequeo ignoroque, poeta salutor, diuinites salutantur domini. sic cognominor, baptizor &c. Interpretor quoque scribor, heres arguor in Ianus. Actiua uocatiuorum duos habent accusatiuos pro eadem re acceptos, uoco te patronum. In Euangelio dicitur, Vocatis me magister & domine, quod nolim imitari, licet nomen uocandi actum definiens technice uideatur accipi, ita ut sit ablatiuis pro nomine uel actio habitus, quia pro nomine accipitur, uel (ut aiunt) supponit, aut quia actiuum post se actum uult, non tamen eodem modo, ut ceterae dictiones, nam cum dico, quis uocaris, non capitur quod technice eodem modo, ut hic, quod est monosyllabum, neque petrus, cum dico uocor Petrus, ut cum dico Petrus est nomen. Plautinus Mercurius ad Sossiam. Qui nunc uocare Sossiam. Respondit Sossia, Nemo nisi quem iusseris, qui igitur dixerit uocor Petrum, incongrue loquitur quanta uis habeat rationem, quia autoritate sine dubio caret, sine qua omnis ratio in grammatica claudicat, qui uocare pro quod uocare, euphonia saluat. Terentius. Qui uocare. Plautus. Qui uocat. Dico uocor Petrus, neque addas ego nec tu, authore Laecillotto cum Prisciano. *Nota* Dicimus uocor Ioanes, est mihi nomen Ioanes, est mihi nomen Ioanis, & habeo nomen ioanes is, & non probatur id Ser. in illud Virgii. eneid. i. Cui nunc cognomen Iulo, sed elegantior est sermo pro dictum, ut ipse ait, Afferam et ipse non nihil testimonium. De genere Mercurius Plautinus nomen Mercurij est mihi. in Mechinis de nomine. Mihi est Menechinu, nomen in eadem scena, pro datiuum, huic etiam Menechino nomen est. Liuius, Cui faustulo nomen fuisse ferunt. Item lib. xxv. Scipio cui Africano fuit cognomen. Iterum de nomine Cicero. Clodius cui nomen est Phormio. Sub*

Ioannis Despauterij Niniuitæ.

statiuū a tergo pōt primā psonā regere. Plau. in Sticho. Ego tu sum.
Tu es ego, copulat uerbū primā & secūdā ambobus p̄positis, cō-
tra regulā añ positā, si recte cōsiderem⁹, scđm quā dicēdū uidei, ego
tu es, nō ego tu sum, licet sunt diuersorū numerorū. Copulare ne q̄s
barbarū credat. Cice. uoluptatē cū honestate Clitomachus & Cali-
pho copulauit. Vim uerbi sum habēt multa ualde. Audiui hoc p̄-
er. feci inuitus. i. (ut triuialiter dicā) contra uolūtātē melius q̄ inuite.
Cicero in Catore maiore. Inuitus quidē feci. Virgi. in. vi. Inuitus re-
gina tuo de litore cessi. dicimus ergo cedo de loco, sed in carmiē ma-
gis opinor. Dixi imprudens. i. sine p̄meditatione. Sunt autē p̄cipue
triplicia. Primo passiuā, q̄rū actiua duos petūt actōs p̄ eadē re acces-
ptos, ut crederis diues, q̄a dicimus credo te diuitē, ubi esse subaudiri
uidei, Habeor. i. iudicor, doctus, paup, insons. Salu. Virt⁹ clara eter-
naq̄ habet, ne dicas Ioānes reputat bonus, quia reputare significat
cōlyderare, cogitare, recolere. Putare eñ cogitare significat, quia co-
gitando putamus. i. refecamus mente quę falsa aut inutilia sunt. Sa-
lustius. Quū sentētiās nōnullorū ipse mecū reputo. Liuius li. i. Qui
sis non unde natus sis. reputa. i. bene cōsidera. male ergo dicit, iste
est magnę reputationis, pro famę uel authoritatis. Videor Dauidi
sordidus, uideris diues, hīc uidetur mihi seruus, sic in plurali, barba-
re yō sic imperiti loquūtur, uidetur mihi q̄ es diues &c. quia uidei
q̄, male dicitur, ut notauit Valla, & post Vallā Perottus, Badius &
aliq̄, bene tamē dicimus ut mihi uidetur, ut illi uisum est &c. Item ut
uidere uideor, p̄ ut mihi uidei, dicit pulcherrime iudicor doctus &c.
Item appares fatuus, non apparet q̄ es fatuus. Secundo uerba
eundi, ueuiēdi, incedendi, ut uenis Iodoce laudandus, concedo. do-
mum potus. Cōcedo, id est eo, uox elegātula. Parasitus uenit ad cœ-
nam inuocatus, abiit cubitū incoenatus. Incedit tribus clientibus co-
mitatus, & dicimus. Comitor Ioannem, & comitor ab Ioanne. Va-
de cautus &c. Incedere est cum fastu & magno apparatu ire. Seneca
Tenero ac molli passu gradū suspendimus, nec ambulamus, sed in-
cedimus. Virgi. ænei. i. Ast ego quæ diuū incedo regina Iouisq̄. Et
soror & cōiūx. Idem, Et uera incessu patuit dea. Deambulare q̄d &
spaciari dicit, est uoluptatis aut exercitiij causa ambulare. Tertio alia
quędā neutralia ueluti uiuēdi, p̄manendi &c. ut iaceo sub dīo, frigi-
dus sub dīo, uel ioue, id est extra domū sub nudo (ut aiunt) cœlo, ne
dicas sub diuo, stas resupinus, nascit pauper, uiuit inops, moriar nu-
dus, nudus egrediar &c. Petrarcha. Iospes uariosq̄ uie circūspice ca-
sus. Item, Tantū ergo sacramentū ueneremur cernui. i. inclinātū qua-
si terrā cernentes. Vfus est hac uocula. Virgi. Sedeo curuus, erectus

vim ubi substa
pini hyst Iba

sub rante pul
Ihu s

nolim dicere sedeo iustus, albus niger, quia natus rectus a tergo debet exprimere modum uerbi, ut quomodo sedes: erectus, curuus. iacet supinus, uiuit letus, ponunt enim pene per aduerbium, quod est sic loquitur, sedes animam, ambulo corpus &c. Vim uerbi suo habent efficio, euado, ut efficio or bonus, euasisti peritus, quod etiam dicimus per actum cum prepositione in, ut euasisti in doctum uirum, significat etiam aliud euado, sed hac in locutione est longe pulcherrimum. uiuo letus, id est letet quicquid dicat triuiales.

Esse Infinitum,

Esse pares optat casus, sed non male dices

Huic licet esse probum, loquitur sic Quintilianus.

Esse copulat similes casus pro eadem re acceptos, quorum a fronte positus nisi sit actus, nunquam regitur ab esse, de natus, uideor mihi esse doctus, non doctus, quia pro priori casu respicimus suppositum uerbi personalis, ut ego uolo esse doctus &c. sic colligimus ex doctissimo grammatico loane sulphitio, ab ipso Badio quod optime enucleato. Terentius. Hei mihi discere esse pater ab his qui uere sciunt, aliquando nullus uidetur natus precedere, & sequitur tamen. Idem, Quae sese inhoneste optauit parare hic diuitias, quod in patria pauper uiuere. Hinc aliqui eliciunt dici posse, placet mihi esse bonus, sed minus recte, ait Lancilottus, quia apud Terentium natus intellectus precedit, ut hic, Sperne repugnando tibi tu contrarius esse ideo licet dicamus, uolo esse bonus, discio esse pater, opto pauper uiuere, quia uiuo habet uim uerbi substantiuum, non tamen mihi placet esse doctus, nec dicimus (ut idem ait Lancilottus) Platonis interest esse boni. Nam aliud est dicere in re Platonis boni, aliud utile est Platoni esse bonum, nec usquam legimus copulatum gerendum (ait idem) nec modum hunc loquendi, sicut illi, precipe illi esse amicus, uel meus amicus, sonat enim nescio quid triuiale. haec Lancilottus, cui cum Mancinello facile assentior, contra Valla qui dixerat, illi ne libeat tibi esse intimus, quod inusitate quod dicitur, ait Valla, inuenit tamen apud Lucanum, quod negat omnino Mancinellus, Namque in illo Lucani li. ix, Tutumque putauit iam bonus esse socer, nomen precedere & sequi constat, quod in alijs non fit. sic Ouidius de ponto. Et quis in extremo positus iacet orbe tuorum. Me tamen excepto quod precor esse tuus, dicere potuisset (inquit Valla) sed non tamen uenuste, quae precor esse tuum, qui modus loquendi e graeco fluxit ubi est usitatissimus. Concludit igitur Mancinellus dicendum esse, precipe illi mihi esse familiaris uel familiaris, ut licet mihi esse bono & bonum, sed ornatius casus copulamur siuis. Hora. in arte. Mediocribus esse poetis. Non diu non homines non concessere colunae. Oui. viij. Meta. uobis immunibus huius esse mali dabit. Hic

Int notant in descriptone qua... pta ppare vq metapopone... hunc bapth p... 3... m... f

Ioannis Despauterij Niniuite.

imunis. i. exēpt^o q̄si ad munia, q̄ sunt popularia grauamina, nō obli-
gatus. Quinti. lib. iij. An illi accidat uiro bono esse uel malo, & lib.
iij. Procuratori em̄ tibi esse non licuit. Martialis ad Carinū, Nobis
non licet esse tam disertis. Philelphus li. epi. i. Prolixiori mihi esse nō
licuit. Exēplū posterioris, quia maius est dubiū. Hora. Me primū il-
lorū dederim q̄bus esse poetas Excerpta numero, legi quibusdam li-
bris q̄bus esse poetis, Hypimestra ad linū. Quo mihi cōmissio non li-
cet esse piam. Quinti. li. viij. An huic esse procuratorē liceat, & li. iij.
procuratorē tibi esse non licuit. Terē. in Heaut. Nō expedit bonas
esse uobis. Cēsar lib. vi. de bello gallico. Quibus iam licet esse fortis
natūssimos. Luca. li. iij. Nūquid tibi magne per umbras. Perq̄ meos
manes generū nō esse licebit, & in sacris. Dedit eis potestatem filios
dei fieri, quia fieri ambulat cū esse. Et alibi, Nūquid molestos esse ho-
minibus est parū uobis. Nebrissenis ait recte sic dici, quia actūs præ-
cedens implicat qui ppter datiuū facile intelligit neq̄ exprimet. q̄s
em̄ sic loquutus est, licet huic hūc esse pcuratorē &c. Possumus q̄q̄,
ut Badius cum alijs quibusdā doctissimis, ordinare sic ut infinitum
ante se nihil habeat, post se actū, ueluti esse procuratorē licet huic, et
totū esse pcuratorē fungit officio nū, ut discere ē bonū &c. dedit eis
hoc. f. filios dei fieri, quod fungetur officio accusatiui &c. ubi eē nāq̄
nullū casum ante se habet, nec intelligit nū, si casum a tergo habue-
rit, actūs erit, esse pauperē pstat q̄ esse diuitē iniuste. In hac regula nō
sine autoritate temere loquēdū est. Ouidi. Speremq̄ in molli mo-
bilis esse thoro, quia licet excusent p subauditiōē actū nollē dicere,
sperē esse mobilē, nec sperē me esse mobilē, licet nihil sit forte uitij, re-
ctius tñ dico, spero esse mobilis, ut uolo esse doctus, q̄ uolo me esse
doctū libentius dixerō. Est tñ ubi, p nō magis desyderē actūs, pfer-
tim a parū elegātibus. Ouidi. lib. xij. meta, sed em̄ quia retulit A iax.
Esse louis p nepos, p rettulit esse iouis pronepotē. Et li. i. de Ponto ad
Maximū. Hoc ubi, uiuendū est satis consequar aruo Inter inhumanos
nos esse Poeta getas, licet autē dicere, Apparet seruus hic eē dñi pau-
peris. De fore dicūt quidā idē quod deesse, de grō, uocatiuo & abla-
tiuo Lancilottus, uir mea quidē sentētia exercitatissimus, dicit nō re-
periri exempla scio dari solere uolentis esse boni &c. sed autoritatē
poetę aut oratoris quærimus, Esse dei &c. philosophis relinquimus
audiui Ioannem esse doctum &c.

Appositio,

Apponens coniunge parī casu duo fixa.
Esto res eadem declaratumq̄ præito.

et plures 3 figura s; locutionis dictionis et constructionis figura locutio
et in multis modis loquendi ut sicut in hunc fontem
tunc aqua nescit fontis figura dictionis 7 que fit vera dictionis
et ex parte Syntaxis Fo. XVI et paratopoeia Europa

Quia Alexander figuras constructionis ponit in regimine nū neque (ut len-
tio) inepie, ideo & ipse eundem ordinem seruās, eas hic ex ordine locabo
multo breuius (ut spero) clariusque, ponā 7 o figuras septem, quāq; no-
bis oīno imitandas tam in prosa quā in carmine, appositionē, euocatio-
nem, conceptionē, plesim & zeugma, duas nō oībus passim imitā-
das, aniptosim & synthesin, in quibus reliquae alexadrinorū (ut aiūt)
impedimentorū absoluent, Appositionē esse figurā post, probabim⁹
cōtra triuiales Alexandro iniuriā plerūq; detrahētes, ut qui Alexan-
dro longe sint ineptiores. Est igitur de appositione regula. Duo no-
mina substantiua, p eadē re accepta, uere uel mystice sine cōiunctione
media, quorū alterū declarat alterū, ponūtur in eodē casu, pcedēte
declarato quā plerūq; magis comune est, ut fratres gemini, de quo
Quintilianus li. ix. Quēdā (inquit) ordine pmutato sūt supuacua, ut
fratres gemini, nā si pcesserit gemini, frēs addere nō est necesse. Hęc
Quinti Male itaq; cōcedūt quā p eodē dici aīal homo, & homo ani-
mal. Erroris causam ex Virgilio cōcludētes in Bucoli. Castaneasque
nucēs mea quas Amaryllis amabat. Non uident semidoctū fieri appo-
sitionem gratia pprietatis significandę, ut Henricū hominē deo serui-
entē diligo, uel hominē qui deo seruit diligo. Fit em̄ Appositio tri-
bus de causis, ut docet Sulpi. & declarat Badius. Primo causa restrin-
gendę generalitatis, urbs Gadauū, arbor laurus, mēsis ianuarius, flu-
uius rhenus &c. ubi alterū turpiū posueris in gēto, ut in Raudensem
declarat Valla. Salu. Urbē romā sicut ego accepi, initio troiani con-
didere. Virgi. tū metri causa dixit. Hic tū ille urbē Patauī sedesque lo-
cauit. Palladius quoque oppido Cumarū, Itē arbor sycomor⁹, sydus
saturnus, quod etiā saturni dicere potes, ut mons Auētinus. ut ppriū
sit ipsius mōtis. & mōs Auētini, ut sit nomē regis illic sepulti, qui no-
men montū dedit. Secūdo causa remouēdę equocatiōis, ut canis ani-
mal latrat, leo signū ardet, & hic polysemū pcedit, & pinde frequē-
ter minus cōe, quā hoc casu declarat a magis cōmuni. Pli. Lupū pisce
nō uidit italia, si magis cōmune nō addidisset, potuisset certe de qua-
drupede nō de pisce intelligi. Cæsar. Aquitania a Garūna flumie ad
Pyreneos montes, & eā que est ad Hesperia. Addidit flumine, ne quod
aliud significari uideret. Idem, Gallos ab aquitanis Garūna flumē di-
uidit. Tertio fit appositio causa attribuēdę pprietatis, & sic magis
cōe adiectiuo, uel alio determinatū sequi solet, ut Petrus homo do-
ctissimus. Virgi. Proximus ille Procas romanę gloria gētis. In appo-
sitione subaudit ens uel quod, quod, ideo, uoco te loānē, nō est appō. ut
neque dedit filiū pciū mūdi, p in pciū, neque sicut loquutus est ad pēs
nōs Abraā & semini eius, nā sensus est, loquutus ē ad pēs, nōs, lo-

ut uisus de rans
appo fuit

Ioannis Despauterij Niniuitæ.

quutus est inquã abraã &c, Tu ne dicas loquor ad Petrũ & Paulo. Cui substãtiuorũ adiectiuũ adhareat sensus indicabit. Ego ille Marcus Tullius Cicero. Dicunt appositionẽ aliqui esse de his ante dictũ est. In medio substãtiuorũ ponit cõiunctio, sed dũtaxat ubi uni duo apponũtur, ut maria & mater & uirgo, sit tñ ex tribus sine coniuñtione in p̃noie, noie, cognoie, imo etiã agnoie. ut Marcus Tullius Cicero. Põt mediare abltũs noie, ut uidit Iesus hominẽ sedentem in telonẽo Mattheũ noie. Ex duobus pure adiectiuis non fit appositio quia musicus grãmaticus &c. sunt pene substãtiua, ut musicus canit hic est bonus musicus, nõ sic aut̃ (de q̃ frustra digladiãtur dialeçtici) Ioãnes est quãtus albus, uel qualis albus. Seruius in illud Virgi. Androgeo galeã clypeiç; insigne decorũ. Induit, ait insigne ornamentũ & decorũ adiectiuũ est, ne sint duo epitheta quod apud Latinos uitiosum est. fecit tamen Virgilius paucis uersibus, ut lenta quibus toro no facilis superaddita uitis. Hęc ille. Epithetũ penultima breui &c. i. adiectiuũ, uel quid eius loco &c. Fit appositio p̃ oẽs casus, ut arbor lycomorũ ris ri. ri. ro. rem. rum. &c. ut præcurrens Zacheus ascendit in arborẽ lycomorũ, Hieremias. Mittã uobis serpentes regulos. In Euangelio dicitur, Videns arborẽ ficũ, sed possunt diuersa esse, qa ficus etiã fructus est, ut si dicerẽ arbor dulcissimi pomi, sed boni auctores semper consulẽdi. Dicimus arbor quercus & arbor querna. Boeti, Quernas tendit ad arbores. Deus Habraã non est appositio, quia genitiuus est Habraã. In Mattheo dicitur, Oblatus est ei unus q̃ debebat decem milia talenta, Appositionem esse dicunt, maluissem dicere talẽtorũ & duodecim milia signatorũ q̃ signati, nisi excuses, ut Badius, signati ad duodecim milia, sed de mille & mille & milia in regimine genitiui, non sunt audiẽdi qui dicunt milia fuisse adiectiuum Philelphus in satyris dicit millibus uenenis millib⁹ rixis, ut notaui Thessaliensis. Magis cõmune aliquãdo intelligit, ut am correptam, sola bubo, preneste sub ipsa, de quibus in synthesi. Duobus p̃fertim modis diuersorũ numerorũ substãtiua in appositione eẽ contingit. Priore quidẽ si alterũ alterius numero careat, ut urbs athens, pisces signũ, posteriore si alterũ sit collectiuũ. Ouidi. Quid meruere boues animal sine fraude dolisç;. Simplex ac rectũ natũ tolerare labores. Inuenies id quoç; ubi neutra causa locũ habebit ubi ergo fieri debeat sensus indicabit. Anneçtã confuse plura exempla. Virgii. Formosum pastor corydon ardebat Alexim Delitias dñi. Iuuenal. Qzta est gula que sibi totos Ponit apros animal, ppter cõuiuia natũ Item, Ego suscitabo chaldeos gentẽ amarã &c. ubi copulatũ uirtute plurale est. ideo super sedendũ cenleo.

Syntaxis

Fo. XVII.

Euocatio.

Si ternæ primam des, totum sit tibi primæ.

Sicq; secundam des ternæ, totum esto secundæ

Pauper ego canto, Luca uir maximus audi.

Quâdo prima uel secūda psona iungit tertię sine cōiunctiōe media.

totū est primę uel secūde psonę, quia tertia ut indignior, ab alijs euocatur, ut ego Ioānes sedeo, tu petr⁹ sedes. & dicitur euocatio. Prima uel secūda persona est euocans, tertia euocata, quidā dixit oīno nul- lam esse euocationē, sed non dignor eū reprehēsiōne nostra in hōc opere. Euocatio est continua, id est sine mediō coniunctiōnis tertię persone ad primā personā, uel secūda reductiō elegans. An uitū sit, dicā post Zeugma, ut de alijs, ideo hic taceo. Si coniunctiō inter- cederet, esset alia figura, ut Ego & Ioannes currimus. Notabis autē personā euocantē debere in grāmatica partiū ordinatione preponi & per psonā euocatā declarari, intellecto qui, quę, quod uel ens, ut in apposi- tiōe, ueluti Ego pauper, id est ego qui sum pauper, uel, ego existens uel ens pauper cāto, alioqui prima aut secūda persona nō euocaret, nō em̄ euocat nisi uerbū ipsi conformetur. Plautus in Am- phytrione, Neq; lac lacū magis est simile q̄; ille ego similis est mei, sic alter ego mihi literas misit, & non male dixeris, alter tu. Quat- tuor in euocatione reperiūtur. Persona euocans, ego, tu, nos, uos. p- sona euocata queuis tertia, remotio copule, id est cōiunctiōis copul- latiuę, & uerbū personę euocanti cōforme. Quoniā in euocatione declarauī quodāmodo esse appositionē, ideo psona euocans & euo- cata possunt interim quod sensus indicabit esse diuersorū numeros- rum. Ouidi. li. xij. meta. Populus superamus ab uno uixq; uiro, hic subauditur nos, sic ego delicię tue canto &c. Nos Iulius diuina gra- tia &c. In magnis lēsi rebus uterq; sumus, patebit. Euocatio duplex est. Explicita ubi utraq; persona exprimit, ut Apollonius scribis, q̄a latine sic loq̄mur teste Prisciano, & tu Apolloni scribis, sed hic figur- ra non est, ut illic, defende me tu uir optimus, per figurā, uel uir opti- me sine figura, qui ppter tu subaudit ens, ait Valla uir acutissimi in- genij, a Badio Ascensio nō iniuria laudatus, sic tace tu homo imper- ritus. Tolle pronomē, & male dixeris ait Valla, quia tace uir imper- rite, nō imperitus dicendū est. Euocatio implicita est ubi psona euo- cans subaudit, ut q̄ tēdis Aeneas extremus omniū troianorū, sic or- dina, q̄ Aenea quo tu ens extremus omniū troianorū tēdis, ut Val- la lib. iij. eleg. ait, sicut ppter pronomē tu intelligit ens, ita ppter uos

D

Ioannis Despauterij Nintuige

catiū quoq; & licet sine figura possumus Aenea extreme dicere, ornatus tamē teste Valla, per ntm loquimur, ut Aue cæsar sumus impator, sic defendit illud, dñe dñs noster q̄ admirabile ē nomē tuū in uniuersa terra. Inusitate autē dixit Plī. lib. vii. natu. histo. Salue pri mus omniū patrię appellate. Male v̄o teste eodē Valla p̄ so lum pronomē cum unico ntō sic. Quid facis tu seruus: nisi sic loq̄ mur, quid sedes inter dños seruus, hic subintelligit ens, ibi subintelli gi non potest. Scripsi imitatus cum doctissimis Vallā ante duos an nos quū Ipris degerē, ad q̄ndā hoc pacto. Salue Antoni uir integer rimus, qd̄ inusitatū & Ciceroni, doctissimisq; q̄busuis inauditū esse dixit quidā, & nitebat̄ hoc probare per Badiū in elegātijs Dathi de hac re scribentē, sed per eundē Badiū in eundē Aug. probaui me re cte scripsisse. Ait enim cum Valla. Aue cæsar sumus imperator &c. Euocatio implicita quot modis fiat, nihil opus est dicere, Fit enim per quīs p̄ne nomina. Per substātiua, ut Peccatores te rogam⁹. Oui dius. Hanc tibi Priamides mitto lēdē salutē. Idem. Penelope cōiūx semper Uliſſis ero. Teren. Calliopi⁹ recensui. Virgi. Coram quem quæritis adsum Troius Aeneas, sed istud poetis magis conuenit, qā teste Prisciano, Apollonius scribis nō dicimus, etiā si intelligi possit ego, ut Apollonius de se loquat̄, aut tu ut Apollonio loquamur, sic uideo doctos quosdā notasse. Libētius dicerē. Tu Petre scribis q̄ tu petrus scribis, licet utrūq; interim legat̄. Per adiectiuū autē, ut omes gaudemus. Paulus. ita multi unum corpus sumus. Laudes chrī ſto redēptori uoce modulemur supplici. sic per quēuis fere alia adie ctiua, Si q̄ uoles apte nubere, nube pari ait Deianira Ouidiana. Sed sepe credit̄ euocatio ubi non est, quia a tergo adiectiuū regit̄. Hora. Ego primus iābos Inueni, tristis sedeo, mūdus egressus sum. In mul tis diuersus est sensus, ut regit̄ a fronte & tergo &c. Qui & ipse doct̄ dicunt esse oīs personę, id quoq; uidet̄ mihi probari posse ex Quinz tiliano lib. ix. in uidi inest ipse (inquit) quod sic intelligo, in primę p̄ sonę uerbo prima persona intelligit̄. isti igitur dicunt ipsa non faces re eclesim, i. euocationē implicita, sed si ipse lego est quod ego ipse les gis, tu legis, ipse legit, ille legit &c. quō addit̄ sine nugatione ego, sic; ego ipse lego. Certe propter discretionē idem, ego ipse scribo, est qd̄ barbari dicunt, ego personaliter scribo. Idem etiā implicita facit. Ho rati⁹, idem indignor &c.

Conceptionū paraſceue.

Quæ per et, aut socias iūgo dant rite valorē
Pluralem, sic cum pro coniūgente repostum.

Copulatū per coniunctionē copulatiuā, & per præpositionē cum, politā pro cōiunctione copulatiua (quod raro usu uenit) fungit officio nominis, pronominis, aut participij pluralis numeri, ideo si uerbum apponatur erit plurale, & itidē si adiectiuū, siue demonstratiuū, siue relatiuū & cetera, ueluti Iōānes & Petrus currūt, sunt albi quos uideo &c. Iōānes cum Petro currūt, quod loquēdi genus (ut notauit etiā Badius) ita est rarū. ut sequi nollem. reperit tamē. Oui. Illa cū lauso de Numitore sati, si esset mihi nunc copia eius operis Ouidias ni, forsitan aliter sentirē, nam quod ex. i. Aenei. afferunt. Remo cum fratre Quirinus iura dabunt. debile mihi uideat, quia tolle Remo cū fratre, debet nihilominus uerbū esse plurale, quia sic dicit, Cana si des & Vesta Remo cum fratre Quirinus iura dabunt, & in illo secundi Aenei. Diuellimur inde Iphitus & Pelias mecū, magis placet cum Badio esse Zeugma, ut sit sensus. Nos diuellimur inde, deinde nominat quosdā dicēs. Iphitus & pelias diuellunt mecū. Pulchre loquemur cum Hora. Tu quid ego & populus mecū desyderat audi. Itaq; dicamus. Tu mecū debes iura tenere, potius q̄; debemus. Ego cum Petro gaudeo &c. Et atq; &c. quādoq; orationes copulant, nō dictiones, & sic non pertinet ad hanc regulā, ut mater & pater est sanus, quia sensus est mater est sana, & pater est sanus. Et ponit in medio copulatorum, ut Ego & tu nisi gemineī. Cice. Sustulimus man⁹ & ego & Balbus, & æque reddit ualorē pluralē. Quæ. i. &, postponit Ouidius. Mulciberis capti Marsq; Venusq; dolis, aliqñ & causa uersus postponit. Virgi. Thestylis & rapido fessis messoribus estu &c. id est & thestylis. & Aenei. i. A tergo & lōgū per ualles pascit agmē, id ē et a tergo ut Donatus ait, de q; plura in uersilogo nostro de hys pmetro. Quidā abusi sunt q; sed quid nostra refert. siquidē Quintilianus lib. i. ait. Persequi quidem quod quisq; unq; uel contemptissimorū hominū dixerit, aut nimie miserie aut inanis iactantie est. Vel & socię in sacris habent aliquando uim copulatiuā. Hierony. Vir siue mulier quū fecerint uotum ut sanctificentur. In catholicis epistolis. Si autem frater aut soror nudī fuerint. Fecit id Ouidius in Ve (id est uel, sed postponitur, quia enclitica, ut q; ne) sed precedente negandi aduerbio dicens. Non mihi uenistis Semele Lede ue docēdæ. Si per asyntheton coniunctio subaudiatur, erit uerbū adhuc plurale. Teren. Dū ætas, metus, magister prohibebāt, nisi fuerit Zeugma. Iuuenalis. Nil rhombus nil dama sapit, ubi cōiunctiōes multiplicant dicit polysynthetō. Nec & neq; ponunt a nōnull in copulatiuas, q̄a apud pitissimos inueniunt ualorem reddere pluralē. Terē. Qñ nec

D ij

Quintilianus

Ioannis Despauterij Niniuitæ.

gnatus, nec hic mihi quicquid obtulerant. Idem. Hæc si neque ego neque tu fecimus non fuit egestas facere nos. Post hanc parasceuen ad id quod primum proposueram ueniendum est.

Conceptionis regula.

Personam atque genus semper dabimus magis digno,
Prima quidem reliquis præstat, ternaque secunda,
Masculeum reliquis præstat, neutro muliebri.

Conceptio est mediata indignioris ad dignius reductio ad uerbum plurale, nisi sit implicita. Conceptionem ponunt quadruplicem, numerorum quidem, ubi plurale concipit singulare, ut Petrus & isti ludunt. Casuum ubi ablatiuus rectus, & cum reducit ad alium casum, ut ego te cum ludimus, quid de his dicendum sit iam patet. Conceptionem generum ubi indignius genus ad dignius reducit, ut Martius & uxor pessimi, & potest fieri per omnes casus. Et personarum que est indignioris personæ ad digniorem mediata reductio, ut ego & tu ludis, sed quum ceteræ satis pateant, de conceptione personarum & generum uideamus. De his igitur datur hæc regula. Copulatum equipollens uni plurali, sequitur personam & genus dignioris, ut ego & tu est primæ personæ, quia pars dignior ego, scilicet est primæ personæ, nam prima præstat reliquis &c. Verbum igitur erit plurale, ut ego & tu legimus, & tertie præstat secunda. Dic ergo tu Petrusque legitis, ipse & Petrus legimus, ipse & Petrus legitis, ipse & Petrus legunt. Lego librum qui & Petrus studemus, legis librum qui & Petrus studetis &c. Nam & ipse & qui omnis personæ dicuntur, nisi malis conceptionem ponere personarum implicitam. Per cum si qua fiat, uocatur a quibusdam indirecta, alie omnes directæ. Sulpitius aliter loquitur, quia indirectam uocat, ubi non est numerorum casuum personarum, generum diuersitas, ut Petrus & Paulus ludunt, alii uocat directas, sed parum conducit ad hanc rem quam diligenter querimus. Sancte Dionysii cum sociis tuis ora pro nobis, apte & forte non inepte orate, quia intelligi potest uos, propter uocatiuum cum ablatiuo, nec dicam esse conceptionem. Ineptissimas grammatistarum nugatiuiculas mitto. In omni conceptione dignius dicitur concipere, indignius concipi. Et conceptio dicitur græce syllepsis, non ut inepti dicunt silepsis. In omni conceptione requiruntur concipiens, conceptum, copula, & uerbum uel adiectiuum plurale, nam demonstratiuum adiectiuum est relatiuum. In conceptione personarum dicuntur primam personam aliquando poni honoris exhibendi gratia, ut in euangelio, Pater tuus & ego dolentes querebamus te, sed Nebrissensis ait, Vix tolerat sermo latinus aut græcus, quia prius

ma persona est p̄positiui ordinis, ut meminit etiā Lancilottus. Item maritus & uxor est plurale masculini generis, quia masculinū p̄fertur foeminino & neutro, ideo dicēdū est maritus & uxor sunt boni, Petrus & Berta sunt textores, fullones &c. Bos & iumentū sunt ad p̄sepe ligati. Ait Alexāder cum omnibus quos legi p̄ter Tardiuum nō magnę authoritatis uirū, quia nō optime sensit pluribus in locis neq; Alexādro quē reprehendit p̄terūq; clarior fuit, scit qui legit an mentiar. Is igit Alexādrū arguit q̄ dixerit neutrū aliquādo concipi & exemplū ab Alexādro ait esse fictū, asseritq; neutrū semp cōcipe, & p̄inde dicendū, Bos & iumentū sunt ad p̄sepe ligata, lena & scortum sunt impura, non multū dissentio Tardiuo, sed tamen dubius, ideo consulant poetę & oratores. Sed uideamus regulā Seruianam quā literatores uocāt regulā indifferentię, de qua ip̄i rectius docuerūt q̄ Sulpitius. Quocirca uerissime dicit. Sepe etiam est Holitor uerba opportuna locutus, uocant autē regulā indifferentię nō oīno inepte, quia adiectiuū est neutri generis, cuiuscūq; generis fuerint substantiua, quare & ipse idem regulę dabo nomen,

Regula indifferentię utilissima.

Sint res absq; anima ponetur mobile neutrū.

Quotienscūq; substantiua rerū inanimatarū cuiuscūq; generis cōiūguntur ad adiectiuū uel demonstratiuū, uel relatiuū plurale, ipsum erit neutri generis, si alter inueniat nō est imitandū, q̄ si alterū dūtaxat sit rei inaniatę adiectiuū, nihilominus erit neutrū si Zendero & Tardiuo credimus, quorū prior interim placet, sed cum risu, ut Horatius ait, quoniā scholicis plenus est nugamētis. Salusti in Catilinariō. Huic ab adolescentia bella intestina, cędes, rapinę, discordia ciuilibis grata fuere. Idem, his genus, etas, eloquentia, p̄pe equalia fuere. In libro Psal. Virga tua & baculus tuus ipsa me cōsolata sunt. Itē Sensus & cogitatio humani cordis in malū prona sunt. Exodi, ix. Grando & ignis mixta pariter ferebātur. Item, sapiētia & sciētia data sunt tibi, habet, ij. Paralipomenon. In æthicis Aristotelis. Requies autē & iocus in uita necessaria esse uidetur. ad Galatas. Caro em̄ cōcupiscit aduersus spiritū, spiritus autē aduersus carnē. Hęc em̄ sibi inuicem aduersantur. Ita dicemus, Victus & amictus sunt homini necessaria, ut mors & uita apposita sunt tibi. Lunā & stellas q̄ tu fundasti, licet res animatę olim credebant. Tunc em̄ inueniūtur conceptionē facere, ut in propheta. Sol & luna obtenebrati sunt. In Apocal. Infernus & mors missi sunt in stagnū ignis, hoc fiet quū de dñs qui colebant loquemur, quia seruant constructionē nominū rerum animatarū, sed

D iij

Ioannis Despauterij N inuicē.

afferamus plura regulę iam positę exēpla. Virg. Daphnidis arcū fre-
gisti & calamos q̄ tu peruerse Menalca. Et quū uidisti puero donata
dolebas &c. Idē. Atq; deos atq; astra uocat crudelia mater, sed quū
possit dici hypozeuma, debilis est ex hoc uersu. Zenderi & Tardiu
cōclusio. Tullius. Eadē mente cōprehēdimus colorē, saporē, odorē,
sonū quę nuncq; animus cognosceret &c. In iure, in promouendis,
ętas, maturitas, grauitas morū, & literarū sciētia sunt inquirenda,
quod notent p̄ceptores, quia turpe est doctōri &c. iuxta illud Codi-
cis titulo de p̄fessoribus & medicis lib. x. Magistros studiorū docto-
resq; excellere oportet moribus primū, deinde faciētia. An recte di-
camus, mulier & eius mancipiū sunt uisę &c. cōsulant poetę & ora-
tores. Tardiuus recte dici negat. Mirū Sulpiū hac de re nihil dixisse,
quia ponit exemplū cōceptiōis. Vestis & aurū sunt p̄ciosę, in quo
authoritatē desyderamus. Nam illud Lucani. Mensuraq; iuris Vis
erat, hinc leges & plēbiscita coactę, mēdosum a multis iudicatur, &
Nebrissensis ait coactę pro coacta esse positū. Alij dicunt esse hypo-
zeuma, ut sit, non debet unicus Lucani locus cōtra Ciceronē, Vir-
giliū, aliosq; facere regulā & legem, neq; meminit Perottus. Sub ani-
matis intelligi uolo quę declarauī in generibus in illum uersum no-
strum, Annumeres sexu quę illū fingunt habere. nūc ad reliqua.

Conceptio generū implicita.

Implicitam vocites generū syllepsin, uterq;
Est probus, at debent mas & fœmella notari.

Conceptio generū sępe est explicita, ubi conceptū & concipiēs ex-
primūtur, ut ioānes eiusq; uxor sunt pij. Quādoq; est implicita, ubi
nō expressis cōcipiēte & cōcepto datur utrūq; sub distributio par-
ticulari quęstiuo uel demonstratiuo intelligi. Debet autē de uiro &
muliere fieri sermo, secus nulla esset conceptio. In geneleos lib. Erat
uterq; nudus, de Adā æuacq; loquitur. Oui. Impliciti laqueis nudus
uterq; iacēt. Mars. f. & uenus. Idem. Ut templi tetigere gradus pro-
cumbit uterq;. Deucalion. f. & Pyrrha, & sequit, pronus humi &c.
pronus. i. capite inclinatus, etiā est facilis & p̄p̄sus, ut pronus ad oē
nefas, sic quis fecit, aliquis fecit, hi sunt hoies, uter horum est fœmina
Latona peperit gemellos, nam uno partu Apollinē & Dianā. Vir-
gi, Vna dolo diuū si fœmīua uicta duorū est. de uenere & cupidine
intelligit. Seruius in illud, Bisq; die nūerāt ambo pecus alter & hęc
dos, ait intelligit de nouerca. Nec nos moneat q̄ illa sit fœmina, nā
in lubaudiuione ponunt ea q̄ nō possumus dicere, & scimus q̄ quos

tes hæc duo genera iungunt pponderat masculinū fœminino. Hęc Seruius. Et itidē Donatus in illud Teren. Educ foras hos quos iussī, nescio an ad literā uerba dixerim, ibi loquit de Eunuchō & ethiopiſa, ergo idem uidet hic dicēdū, Nullus homo currit, quicquid dicāt nōnulli dialectici. Si res sint inanimatę da regulam. Sint res absq; anima ponet mobile neutrū, ueluti utrūq; est donū, ignis .f. & aq; &c. Atq; cum Plauto sic loquere in Cistel. Vtrūq; hęc & multiloqua et multibiba est anus, & in Pseud. Dic utrum spem ne an matrē te res salutē Pseudule. Respōdet Pseu. Charino. Immo utrumq; sic utrūq; es & doctus & bonus &c. non dicerem uterq; es, adnotauī hoc ut multa alia, quia notatu uidebat dignū, licet de hoc, alijsq; permultis ante me nemo meminerit.

Prolepsis

In parteis totum partitur rite prolepsis
Cum uerbo positum, Tacitā qñq; uidebīs.

Toto cū pprietate. i. uerbo uel adiectiuo latine ordinato partes pulchre diuidunt, uerbo uel adiectiuo in quacq; parte subintellecto, ut duo hoies ascēderūt in templū ut orarēt, unus pharisęus, alter publicanus, Itē noluerūt uenire, sed abierūt unus in uillā suā, alius ad negociationes suas. Et uidi duos angelos, unū ad caput, aliū ad pedes Teren. Curemus æquā uterq; partē, sed hoc uidet ad sequētia pertinere. Totū est dictio pluralis numeri. Virgi. Cōpulerantq; greges Corydon & thyrsis in unū, Thyrsis oues, Corydon distētas lacte capellas, dicūt eē etiā collectiuū, ut turba cātat, hic bene, ille male &c. desyderāt quidā authoritatē. Quādoq; non omnia exprīmunt, & dicitur implicite, plepsis, ut uos amatis, alter alterū. Salu. Cœpere se qsq; magis, magisq; extollere, & in sacris. Vana loquuti sunt unusquisq; ad proximū suū &c. Cauendū ne alter pro alius ponatur, de quo in regimine genitiui, & ne in pluralibus tm simus incauti, de q; in eodem regimine circa numerū distributiū, ut unas literas, binas literas. Dicit autem (ne nihil dicā hoc loco) Seruius in illud Virgilij enei. xij. Bigis it Turnis in albis, quoties utimur nominibus tm pluralis numeri, & unū uolumus significare ita dicemus, unas bigas, unas quadrigas, unas scalas. Salustius. Postq; in una mœnia conuenerē, uterq; utrūq; percussit, uterq; alterū percussit, uter utri fauet, qñ dicendū sit ex sensu diiudicabis. Vide Vallā (si non fatissacio). li. iij. cap. xxxiij. Ea quam logici diuisionē uocant. ut sonorum alius uox alius nō uox, quātītatis aliud continuū &c. ubi aliud quātitas

Ioannis Despauterij Niniuite.

tis latine dicitur, ut aliquid panis) non dicitur, proprie prolepsis, licet Priscianus lib. xvij. ut prolepsin ponat. Aquilarum altera uolauit ab oriente, altera ab occidente, quia, proprie dicitur prolepsis, in qua aliquid dicitur de toto confuse quod definit in partibus. Prolepsis enim est attributio proprietatis toto in partes diuiso, quae totius proprietate uario modo continent. In prolepsi requiruntur quinque, totum, partes, determinationes, proprietas & ordo. Hoc Sulpitius, Niger & ceteri.

Zeugma

Vnius est uerbi ad diuersa reductio Zeugma

Aut adiectiuum, nihil hic nisi carmina desunt.

Iratus rex est reginaque, non sine causa.

Propter uerbum uel adiectiuum congrue cum aliquo substantiuo constructum, in altero substantiuo uerbum uel adiectiuum satis intelligitur, per figuram quod Zeugma dicitur, ut quis fecit, ego. quem credis meliorem esse patre tuo, matrem meam. Sum ita magnus ut soror mea. Tauri mei & altilia mea occisa sunt. Carus est panis & uinum, Non sunt loquelae neque sermones, quorum non audiatur uoces eorum. Tu quod ego & populus mecum desiderat audi, ait Hora. Zeugma est (licet Nebrissensis nullam dicat esse figuram) quia sub ego intelligitur desidero, propter uerbum quod sequebatur desiderat. Idem ait hic esse conceptionem, hic Ilium arma. Hic currus fuit, & Perottus hic. Sunt nobis mitia poma, Castaneae molles & pressi copia lactis, & uterque quidem ex Donato in quibus, proculdubio est Zeugma, sed grammatici conceptionem cum Zeugmate interim confundunt, quia in utroque unus actus uel proprietatis significat inesse duobus, sed diuerso modo, nam in syllepsi proprietatis significat aequale inesse duobus, ut ego & tu currimus, in Zeugmate prius uni & posterius per subauditionem alteri, ut sum bonus ut soror mea. Zeugma igitur est unius proprietatis ad diuersa reductio, ad unum quidem expresse, ad alterum intellecte. Proprietas est uerbum uel adiectiuum, & quandoque utriusque substantiuo uel supposito conformatur Iuena. Nil rhombus nil dama sapit, uocaturque ab literatoribus Zeugma loquutionis, quandoque est dissimile & constructionis Zeugma uocatur, ueluti ego sum ita bonus ut filii meae. dissimile est hic personae, numero & genere. Zeugma dicitur latine iugatio, iunctura uel ad iunctio. Suntque eius tres species. Protozeugma, meozeugma & hypozeugma, uel (ut Seruius, Sulpitiusque aiunt, Zeugma a superiori, a medio, ab inferiori. Protozeugma est quando utriusque substantiuorum proponitur adiectiuum uel uerbum, diciturque a protos, id est primus & cetera. Exem

ⁿ
Zeugma

pla in Euangelio, Stabat Ioanes, & ex discipulis eius duo. Turbatus est rex Herodes, & omnis Hierosolyma cum illo. Beatus ueter qui te portauit, & ubera que suxisti. Psalmographus, Repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Assumpto Petro & duobus filiis Zebedei. Erunt signa in sole & luna, & in terris pressura gentium. Vir, silet omnis ager, pecudes, piceque uolucres. haec species etiam hyperzeugma dicitur, ab hyper. i. sup. Mezozeugma a mesos. i. medius est zeugma in quo proprietas ponitur in medio duorum substantiuorum, qui confidunt in domino sicut mons syon. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Si radix sancta & rami. Mundus transit & concupiscentia eius. Hypozeugma uel hysterozeugma est ubi proprietas utriusque substantiuum sequitur Virgi. Nihil hic nisi carmina desunt. Terentium. Vtina autem hic surdus, aut haec muta facta sit. Idem. id uisus, tu an ille insaniat. Oui. Quid nisi secreta legerunt phillida silue. Alexam. Non in sed relique preceunt. Psalmographus, Ego sicut fornix arui. Hypo. i. sub, unde Hypodidascalos. i. subdoctor submonitor. Hystero. i. ultimum. In zeugmate proprietas conueniet cum propinquiore quod probat Seruius illo Virgiliano, hic illius arma. Hic currus fuit. Quidam nequicquam conatus est latius dictum Seruii tendere, adeo ut dixerit hanc esse latinam, nec aliter dici posse. Petrus est mihi uisa bestia, sed illi satis respondi, neque dignum censeo cuius abs quouis mediocriter erudito respondeatur. Virgilius. Nec deus hunc mensa dea, nec dignata cubili est. Quod si zeugma fiat per adiectiuum similitudinis, aut comparandi, tunc enim conforme erit principalis ori. i. precedenti. ut Ego rectius quam tu scribo, non autem scribis. Ego sicut fornix arui, hoc tu ita prudenter, ut Ego fecisses, non fecissem. Zeugmatis diuersae sunt intercedentes particulae, quod exemplis aperiam. Hebraei sunt & ego. Tu facias an ego, parum refert, maritus est malus aut uxor an querit aut dubitat, uel & aut distinguunt, neque tu ibis neque ego, nescis at hoc quisquam nisi tu, ibit mater, sed non ego sum ita bonus ut soror, sic per sicut tam &c. Fit Zeugma per diuersa tempora, ut uiximus heri miserius quam nunc. Paulus. Vidimus nunc per speculum in enygmate, tunc autem facie ad faciem, diligo te ut fratrem si fratrem habeam, diligo te tanquam fratrem etiam si non habeam &c. ad zeugma spectat regula Valles a Badio in Augustinum plane declarata. Et est haec. Quoties post unum adiectiuum suppositum aut obliquum bis posueris nec, neque, & tum, aut uel partim, consimilium dictionem cum duobus substantiuis uerbis aut regentibus necesse ambo substantiuia uerba aut regentia illi uni adiectiuo supposito, aut obliquo in debitis accidentibus conformari, etiam si aliud exprimat, secus incongrua atque inepta fuerit locutio. Exemplum de adiectiuo, ut incongrue dixeris, nulla est dicenda uirgo corrupto uel

Ioannis Despauterij Niniuite

corpore uel mēte, habes p̄stans & ingeniū & formā, neq; excusatio-
nis quippiā p̄t asserre zeugma, sed latine dices, corrupto uel aīo uel
corpore, uel sic, uel corrupto corpore uel mēte. Aut uel corpore uel
mēte corrupta. Habes p̄stans ingeniū uel formā. Cicero uidet̄ semel
aliter loquutus, sed Valla uitū in librarior̄ reiecit. Exemplū de sup-
posito. Tu neq; legis, neq; me legere p̄mittis. hic incōgrue diceretur
Tu neq; legis neq; abs te legere p̄mittor. De obliquo. tibi neq; affui
neq; pfui, male v̄o sic. Tibi neq; affui neq; iuui. Si adiectiuū suppositū,
aut obliquus sequeret̄ cōiunctionē, esset cōgruitas, ut neq; tibi
offui neq; iuui, neq; legis, neq; a te legere p̄mittor. Cōgruitas etiā ef-
set & Zeugma si nō geminarent̄ particulę, ut nulla est uirgo corru-
pto corpore uel mēte. Aliqñ incōgruitas parū p̄cipi, sed nō minus
est inepta ueluti. Tu hęc oīa partim ex literis meis discēs. p̄tim te nū-
tius docebit, dicēdū fuerat partim ex nūcio. & tātū de pulcherrima
Valle regula.

An dictæ figuræ sint vitiosæ. Tēpus est, ut dicamus, an
dictę figurę sint uitiosę, qm̄ nō triuiales mō, sed doctos quoq; hac in
re discordes inuenio, ut ut est, scimus dictas figuras esse elegātes tā in
psa q̄; carmine, quas q̄ minus seruauerint, ipsi sunt nimirū uitiosissi-
mi, quocirca Sinthenius, Badius, & horū sectatores nihil dicūt in p̄-
dictis figuris esse uitij, neq; audiūt triuialibus ineptissime dicētibz,
oratio est figurate congrua non simpli. Ceterū his recte quidē mea
sentētia, p̄cipiētibus cōtrarij uident̄ Sulpitius, Nebrissensis, atq; alij
qdā, nā uterq; ponit in his figuris uitia & rōnes excusantes. Ait aut̄
sic Nebrissensis, figura cōstruēt̄ionis est aliqua rōne nouatus dicendi
modus, q̄ circa grāmaticas cōstruēt̄iōes uersat̄. Nouatus inqt. i. a na-
turali & cōsueto mō mutatus, ac p̄inde uitiosus nisi aliq̄ rōne excus-
setur. Patet ex. Seruio. v. ænei. dicēte. figura est q̄ sit cōtextu sermo
nū rōne uitiosa, & figura est mediū qdā inē solœcismū & schema,
ut ait eo loco Seruius, hęc Nebrissensis, q̄ appositiois improprietas
tem dicit esse, q̄ duo substantiua in eodē casu sine cōiunctiōe ponunt̄
Excusat̄ q̄ alterū declarat̄ ab altero, q̄si substantiuū ab adiectiuo. Ex
q̄ patet appositioē eē figurā etiā si nullū sit uitij, q̄a eēt uitij, nisi rō
excusans ip̄m sustulisset, sic ego Petrus curro, uitij eēt dictionē Pe-
trus supponi uerbo primę p̄sonę, nisi p̄ digniorē p̄sonā excusaretur
sic in cōceptiōe nisi p̄ digniorē p̄sonā, aut genus excusaret̄, aut p̄ re-
gulā indifferētij uel oratoriā &c. Et in plepsi atq; zeugmate nisi per
subauditionē excusaret̄, ut plura habere (ut dicūt) bñficia uitiosum,
sed excusatio interim licet caluula, uidet̄ uitij. obtegere, uerū nugas

mitto. Quinti. li. ix. ait. Figura est cōformatio quēdā orōnis remota a cōi, & offerēte se primū rōne. Idē. Figura est arte aliq̄ notata forma dicēdi, ut molē magalia. Dic molē q̄ fuit quōdā magalia, figura nō erit, q̄a nihil arte nouatū nihil a primū se offerente rōne remotū, nec sequit̄ tñ uitij fuisse quicq̄ i figura, sic castaneas nuces &c. adde entes uel existētes, figura nō erit, nō placet igit̄ oīno declaratio Nebrissensis, & ita nego definitionē illā. Figura est uitij rōne uel rōnibus excusatū esse generalē definitionē figurę, alioquin ab doctissimis male diuideret̄ ipsa in uitij, ornatū & uirtutes, uerbū nō amplius addo.

Antiptosis figura uitāda in prosa præcipue.

Antiptosis erit pro casu ponito casum

Antiptosis est casus p casu positio sub aliq̄ pprietate, cū rōne figura, sine rōne solœcismus. Lilius apud Priscia. Quādo duo consules eius anni alter morbo, alter ferro perisset, suffectū consulē negabant comitia habere posse, p q̄ duorū cōsulū &c. teste Cæsariēsi, & appellate p appellatus in euocatiōe patet apud Pli. Terē. Quot illic hoim litigant. i. hoies, sed regimine ptitionis excusat. Plau. in Cassina. Habet gladiū, sed duos qbus altero te occisurū ait, altero uillicū. i. q̄rū Virg. z. Cōcurrūt heret pede pes desuscq̄ uiro uir p pedi. ait Serui. & in eodē. Forte ratis celli cōiuncta crepidine saxi. Expositis stabat scalis & ponte parato, p datiuo crepidine. ait Serui. Est autē crepido abrupti saxi altitudo. Salu. Multi q de castris pcesserāt amicū aliq̄, ps hospitē, aut cognatū reperiebāt, p multorū uideri pōt positū. Item. Ois q uenit ad me nō enīcā foras, p omnē. illā. In cōuertēdo dñs &c. ostēdemuse ē. latinā, nec esse antiptosin. Fortiora horū p his, maior horū p his &c. Cuius humilitatē dñs respiciēs uirgo cōcepit, p dño respiciēte. Oēs dicte orōnes sunt uitāde oratori & poetę in opuscul & eplis, atq; quidiāno sermone, de illis, sermonē quē audistis &c. dictū est. Est antiptosis qdā adeo ab oratoribus poetisq; usurpata, ut elegans habeat, ne dū latina. ut actūs id genus, p gto eius generis, oē genus, p oīs generis qd rarius est. ff. de fun. o instructo lege q̄sitū sus pelle fūcarius & ceteros id genus seruo. Fel. li. xviiij. Aristotelis libri sunt oē genus elegatię referri. Audite Gellij elegatię cōtēptores qui uos falso aristotelicos noīatis, qbus ab Aristotele nihil magis abhorret. Cressa genus poeticū est ut dicemus. Itē qd, p in q̄, nihil p in nullo, oibus licet uti, ut pēdeo animi p aīo, & alia post dicēda, nisi exp̄ se dici uetuerō, dicūt ab anti. i. p & ptosis casus, ut cū Mācinello Badius docuit p. o. i. o magnū & longū, ideo pduxit Tydei p tydeos, dñs scilicet græcus, p gto latīno in secūda passim ait Seruius &c.

E ḡ

Ioannis Despauterij Niniuitæ.

Synthesis ubi ea continētur quæ
literatores impedimenta uocant.

Synthesis haud uocem sed cernit significatū,
Rem magis inspiciunt quæ uocem sæpe poetæ.

Synthesis est attributio proprietatis unī, uel pluribus copulatis. quod sit non gratia uocis sed significati, ut populus clamāt, p̄neste sub ipsa, anser fœta. Diciturque synthesis a syn .i. con, & thesis positio. Sed nūc singulatim inspiciamus omnia. & primo adiectiui & substantiui synthesin, relatiuū etiā adiectiuū hic uocamus. Primū itaque adiectiuū uideatur substantiuo dissimile, ad exprimēdā perpetuā rei naturā. ut Tristis lupus, fama malū, sed duo diximus esse substantiua ex Seruij sententiā. Fuit adiectiua ꝑ substantiua dū exponēt per res, pars aut ꝑ adiectiui abstractū (ut logici loquunt) ut triste tristis res, sūmū sūma ꝑ æquū. i. equitas &c. Secūdo ad exprimēdā sex^o discretionē, ut apud Auianū. Anser erat quōdā specioso germine fœta. Virgi. Fœto p̄cori dixit, quod tñ Calepinus & doctissimi quicquid epicœnū esse dicūt. Ausonius masculine dixit, Ouū tu quoque passeris marini, ergo et si de fœmella tñ loquamur ꝑ epicœnū, non est necesse fœminino uti. Fœta autē (ut opinor) grauida substantiue in fœminino plerūque ponitur. Virgi. Non insueta grauis tētabūt pabula fœtas. Plau. fœminis no utit in sticho dicēs. Audiui sēpe hoc uulgo dicier solere, elephātū grauidā perpetuos decē esse annos. Secūdo rōne subauditōis, ut p̄neste sub ipsa, quia Hora. neutrū posuit, nisi malis esse ab noīe p̄nests, am correptā &c. sed hoc etiā profam occupauit, albula pota. Terē. quē trāstulit i Eunuchū suā, idque licere oībus asserit Nebrissenfis, quia poematū noīa sunt fœminia. ait em̄. Insula cincta mari nauis cūque urbe poema, fœminei generis sunt causa significati. Illud autē Iuuenalis. Ingēs plena iam margine libri Scriptus & a tergo necdū finitus orestes, uidei inquit ad hoiem respexisse. Itē species est quod ꝑdicatur &c. subauditū uniuersale aut ꝑdicabile uel id, sic differētia est quod &c. Fui Gandauī quę est pulchra. Quarto rōne collectiōis & distributionis, quod etiā cōmune est nōi & uerbi. Ideo utriusque tumultuarie ponā exēpla, & priō ex sacris. dom^o israel sperauit i dño, adiutor eorū & p̄tektor eorū est. Reges gentiū dñant eorū gentiū. i. gentiliū. Multitudo hęc magna cōuertēt in minimā gentē, quoniā eos disp̄gā In euāgelio. Et congregabunt ante eū oēs gētes & seperabit eos &c. Pars hominū ualidi, turre & mœnia scandunt, ait Virgi. pars. i. alii qui. Idē. Pars merſi tenuere ratē. Idem. Hic manus ob patriā pugnas

do uulnera passi. Statius. Tacitis huc gressibus acti. Deueniunt per
 ritura cohors. Liuius. Magna pars in agrum delati. Esdre. iij. Et se
 dit ois multitudo in area templi tremetes, ppter hyemē p̄sentem. In
 Ioāne. Turba hęc que nō nouit legē, maledicti sunt. Collectiua atq;
 uirtute sunt pluralia, ut cætus, clerus, ciuitas, cohors, cōcio, domus,
 pro familia uel progenie, cōuētus, ecclesia, nec significat tēplū, exer
 citus, gēs, legio, pars, manus, natio, plebs, populus, synagoga, turba.
 Ad hęc Virgi. Pars in frustra secāt, & pars pedibus plaudūt. Idē. Et
 iam troiana iuuētus Cōueniūt. i. iuuenes, ut pubes. i. puberes. Et i fa
 cris. Ois israel plāgebant eū. i. israelite, sic ois israel incircūcisi sunt, &
 sepelierunt eū ois cognatio. In lib. Psal. Iubilate deo ois terra, & unis
 uersum germen iacob glorificate eū. Et synagoga potentū quæsi
 runt animā meā. Et attēdite populus meus legē meā, & domus isra
 el benedicite dño. Esdre. iij. Audite legē meā plebs mea. sic alibi sēp̄is
 sime. Exempla distributiōis. Sueto. ac pro salute quisq; pecunias cō
 tulerunt. Ouidi. Vtraq; formosē Paridi potuere uideri. Idem. In ma
 gnis lēsi rebus uterq; sumus. Idem. Impliciti laqueis nudus uterq; ia
 cet, Mars. i. & Venus. Idē. Artis & ingenuę cultor uterq; sumus. hoc
 in prima persona etiā oratores usurpant. Philephus (quod & apud
 alios notaui) uterq; siluimus. Ouidi. Quo ruitis uestras quisq; redite
 domos. Plautus. uterq; deludūt miris modis. Ouidi. Partiꝫ dedere
 oscula qsq; suę, sic in sacris idēdē inuenies. Plautus in Menæchmis.
 Aperite aliquis domū. Salu. in Iugur. Vterq; insaniunt. Hora. i. ser.
 Legati missi magnis de rebus uterq;. Virgi. Dant sonitum spumosi
 amnes, & in equora uerrūt. Quisq; suū populatus iter. In eodē. Pro
 se quisq; uiri summa nitunt opū ui. Liuius. Ausi sumus cū parentibus
 certare, queq; ciuitas suis Turba ruūt, oratotes quoq; aliquando sic
 loquuntur. In dictis exēplis est cōgruitas solū rei, in quōdianū ser
 monē, & ad epistolas nō facile trahēda, nō em̄ quicq; excusat in clas
 sissimis atq; magnis operibus, eodē modo excusabit in cæteris, ut il
 lud Virgi. lib. vii. Pars arduus altis Puluerulētus equis furit, & Tes
 rentianū hoc. Si quisq; est qui placere se studeat bonis q; plurimis,
 in his poeta nomē profitei suū, excusat uitiū q; quisq; ad plures per
 tinet, ut aperite aliqs &c. Illud in Genesi. In die qua creauit deus ho
 minem ad imaginē & similitudinē suā fecit illū, masculum & fœminā
 creauit eos, pōt excusari, quia p̄cedit antecedēs uirtute plurale p̄ res
 gulā. Que per & aut socias iungo &c. & certe si eum dixisset credere
 possemus primū hoīem fuisse hermophroditū. Absente nobis excu
 satur, q̄a absente & p̄sente fuerūt utriusq; nūeri, teste Marcello, hoc
 nūc exoleuit. Teren. ait. Oēs laudare fortunas meas, q̄ haberē gnatū

Ioannis Despauterij Niniuite

tali ingenio p̄ditū. Laudare p̄ laudabāt, de quo antē diximus, & me
 as, p̄ mis, ut mea soli⁹ opa, quod oibus licet, de quo in regimine gū
 Ennius. Pro se quisq; uiri summa nitunt opū ui. i. quisq; pro uirili
 sua. L. i. u. i. u. s. pro se quisq; alacres sternūt. Idē dixit singulariter. li. vii.
 Pro se quisq; obuios sternūt. Curtius lib. viij. Dū pro se quisq; cer
 rat euadere. Cēsar etiā sic utitur in cōmētarijs. Adiectiuū participiū
 uerbi dūtaxat n̄m sibi apponētis, inter duo substantiua cū priore cō
 ueniet, quia ipsius est adiectiuū, secus oratio nō erit latīna, ut Iōānes
 est diu creditus mancipiū, quē cōstat semp̄ fuisse liberę. Petrus est mi
 hi uisus bestia, futurus cadauer. Ouidi. Tunc procul absentī cura fu
 turus eris, si tñ utriq; substantiuū p̄cederet non barbare oīno po
 steriōri conformaret, quādo sic loquuti sunt L. i. u. i. u. s. & alij. aiūt Tar
 dius & Badius. In euāgelio. Ut autē gustasset Architrīclinus aquā
 uinū factū. Thessaliēsis cōtēdit aqua legi debere. alibi dicit. Verbum
 caro factū est, quod æmulus noster dixit non latīne dici. Nunc satis
 (opinor) enucleatę sunt orōnes que Alexādrini impedimēta uocāt,
 in qbus multa nimirū sunt extra aleā inuidię nōdū positis, minime
 imitāda. quocirca diligenter bonus p̄ceptor studeat separare lolū e
 tritico. Non sunt em̄ oīa ab authoribus dicta uel sūmis imitanda, ut
 quod Grego. dicit. Vetus arma diaboli mlier, pro uetera aut arma
 p̄ instrumētū, & quis p̄ q̄ apud Plau. & Terē. &c. sed audiamus Cī
 ceronē in Tuscu. dicētē. A cūius poeta cum dicit. Qui suū florē liber
 rū inuidit meū, male latīne dicit nos cōsuetudine, phibemur poeta
 ius suū tenuit. & Quintilianū li. x. Neq; id statim legētī p̄suasum sit,
 oīa q̄ oēs authores dixerūt utiq; esse p̄fecta, nā & labāt aliqñ, & one
 ri cedunt, & indulgēt ingeniorū suorū uoluptati, nec semp̄ intēdūt
 animū, nōnūq; fatigant. Quū Ciceroni dormire interīm Demos
 sthenis orō, uerū etiā Homer⁹ ipse uideat. Sūmi em̄ sunt, hoies tñ, ac
 ciditq; ijs q̄ qcqd apud illos reperiūt, dicēdi legē putāt, ut deteriora
 imitent, id em̄ est facilius, ac se abūde siles putāt, si uitia magnorū cōs
 sequatur, modeste tñ & circūspecto iudicio de tantis uiris p̄nūcian
 dum est, ne (qd̄ plerisq; accidit) dānēt q̄ nō intelligūt. Hęc Fabius elo
 quētīe lumē. Hora. quoc; in arte, docet peccare interīm maximos,
 quū ait. Sunt delicta tñ quibus ignouisse uelimus. Nam neq; corda
fonū reddit quē uult manus & mens. Nec semper feriet quodcunq;
minabit arcus. Verū ubi plura nitēt in carmine non ego paucis Of
sendar maculis &c. Quoniam quādoq; bonus dormitat Homerus
Verū operi longo fas est obrepere somnum. & in Serm. Tu nihil in
magno doctus deprendis Homero: de sacris idem ex doctissimo eo
demq; sanctissimo Hieronymo probauimus, dicente etiam in illud

Horatius

Apostoli ad Colof. Quæ sunt ratione quidē habentia sapiētiae, hoc (ait) loco quidē coniunctio superflua est, quod in plerisque locis ppter imperitiā artis grāmaticæ apostolum fecisse reperimus, neq; em seq; tur, sed uel alia coniunctio quæ solet ubi quidem positū fuerat respōdere, nā quidē plerūq; aduersatiua reperitur. Hieronymus hic manifeste ostendit scripturā sacrā interim minus esse latinā nō ex industria (q̄p̄ & hoc interdū) quæ nāq; stultitia est corrūpere linguā ex industria qua uteris, ait Valla, sed hactenus de his Nebrissenis dicit, non iure Paulū hoc loco reprehensum ab Hieronymo, nam quidem completiua sepe non solū aduersatiuā esse probat in erotymatis coniunctionū. Logiculus diceret, si orationes dictæ non sint congruæ, ergo nec ueræ aut falsæ, uerum enim & falsum præsupponunt congruū. Sunt quidem congruæ ex dicētis auctoritate, nobis tamē non imitandæ, quia in ore rudis penitus essent ineptæ. Dicit Tullius. Vniuersas familias fames extinxit, quæ pars maxima ē, ne dixeris cōtineri sub grāmatica prohibitiua, quia est elegantius per regulā oratoriam ante positā, sicut & hęc, quæ tua est humanitas, qua humanitate uel cuius humanitatis es, ubi potest poni ea & eius pro tāta &c. per parenthesim.

Aduerbia & interiectiones.

En ecce hem primum quartūq; aliqñ requirunt.
Heus petit & quintū uelut o, Hei vāq; datiuū
Pro primum quartū quintumq; notatur habere.

Ecce & en nominatiuū petunt uel accusatiuū, ut apud comicos. Hē ut apud Plautū in Milite. Opus ne tibi erit aduocato tristi, iracūdo ecce me. Cicero. Ecce tibi status noster, magis uult nominatiuū, teste Valla, præsertim in prosa. Teren. Ecce autē alter nescio quid de amore loquitur, non alterū legas, de accusatiuo etiā Virgilius. En quatuor arasecce duas tibi daphni. Idem. En priamus. Ecce sine casu etiā am ponitur in re præsertim inopinata. Virgi. Ecce autē gemini &c. En etiā exprobrat. Sene. En paridis hostem apud oratores magis in nominatiuo. Quintilianus. En improbitas. Eccere aduerbium est iurandi apud Plautum, hoc est per cererem ait Baptista Pius. Eccū, eccam, eccos, eccas, ellum, ellam, ellos, ellas, non plene sunt aduerbia quia genus uidentur habere, & significant ecce hic, ecce illic, ut contra Priscianum ait Valla, ut eccum Petrum, ecce hic de quo loquebamur, ellum ecce illic &c. En etiā sine casu ponitur, ut en quo discordia ciues Perduxit miseros. Heu & O præter nominatiuum

E iij

Ioannis Despauterij Niniuitæ.

& actm̄, uolūt aliqñ uocatiuū. Virg. Heu pietas, heu prisca fides in
 uictaq; bello Dextera. Statius. Heu socij, nullę ne manus, nlla arma
 ualebūt. Plī. Heu demētia allatoris aduētus semp est gratus, heu stirz
 pē inuisam. & in Psal. Heu me q̄a incolatus meus &c. sic emēdatis li
 bris legiū. teste Valla. The. Heu me miserę. Ponit sine casu diuisa etiā
 diphthogo. Virg. Heu q̄ pingui macer est mihi taurus in aruo. Heus
 reuocādi aduerbiū ē, ut heus bone uir. Heus iuuenes mōstrate uia.
 interdū dolētis interiectio. Virgi. Heus etiā mēsas cōsumimus inqt
 Iulus. De O qđ oi ferme affectui seruit. Cice. O magna uis ueritatis.
 Virgi. O fortunati q̄rū iā mœnia surgūt. Cice. O uaria uolucremq;
 fortunā. Idē. O me miserū, o te infœlicē. Idē. O miserū & detestabilē
 hoīem si hęc ignoras. Aliqñ ipm̄ o uel heu subicemus utiq; in re le
 uiore, neq; ita magni calor. Cic. in Antoniū. Indignū facinus & ho
 minē nequā &c. Plī. iunior ad Octauīū. Hoīem te patiētē uel potius
 durū, ac pene crudelē, q̄ tā insignes libros tā diu teneas. Valerius. li.
 iij. Sed mihi uti ista cōditōe uitę non est opus, sine ullis imaginibus
 nobilē animū. Terē. Me miserā, uereor ne illud grauius Phędria tur
 lerit &c. Idē leuioris calor interiectōe utiq; dicēs. Heu tā graues raz
 stros q̄so. In magno animi affectu et calore diceremus. O me miserę
 O miser inq; dies ultra miser, huccine rez uenim⁹ &c. O etiā uocādi
 & optādi est. Heu dtm̄ petit. Oui. Heu mihi q̄ nullis amor est mediz
 cabilis herbis. Plau. Heu misero mihi. Vñ interiectio maledicētis &
 malū minātis, scribit teste etiā Tortellio cū æ diphthogo & cū aspi
 ratione teste Calepino, & qbusdā alijs. Martiaf. Carpe cauidicus ser
 tur mea carmina q̄ sit. Nescio si sciero, uñ tibi Cauidice. In Ecclesia
 stico. Vñ duplici corde subaudi & sine casu. in Esaia. Vñ q̄ pfuns
 do estis corde. ue sine diphthogo uel aspiratiōe cōiūctio ē distiūctiua
 & particula augmētatiua, ut ue grādīs uestibulū Vciouis. ut ē apud
 Gelliū. Pro & scribit sine aspiratiōe, ut pitiores uolūt. Mācinellus. f.
 in thesauro & Badius interiectio est dolētis & detestātis, ut, p nefas, p
 sūme Iuppiter qđ audio, p deū atq; hoīm fidē &c. ait. Terē. dicēs etiā
 hem Dauū tibi, hem asturias, heu lectū est cū grō, sed nō imitabor.
 Serui. in illud Virgi. ænei. xij. Heu qđ agat &c. Oē aduerbiū inquit
 ybo coheret. Vñ Heu & atat & silia, q̄a uerbo coherere nō pnt sepa
 ratim fecerūt aliā partē orōnis, interiectionē. f. quā sola latinitas pos
 sidet. Hęc illę. Vñ uideo sepe aspiratū, sed pceptū mihi nō fatis con
 fiat. Cap dixit etiā actm̄ hīe, sed Mācinel. testimoniū desyderat. ideo
 dtō tm̄ iūgito, ut uñ misero mihi. & freq̄nter est interiectio execran
 tis Apud Virgi. & si casū habere uideat, sine casu ponit. Mātua uñ
 miserę nimīū uicina Cremonę. Apud Plau. in Asin. uñ te, actūs est.

Regimen ntī & obiter aliorum implicitū,

Cuiusuis tacitum do casus sæpe regentem
 Supprimi orator quæ rusticus ædit inepte,

Ntūs (ut ceteri casus ac uerba etiā) sæpe ponit sine regēte exp̄sso, multa nāq; oratores & poetæ subaudiūt. quæ ab rusticis inepte exprimūtur, sed cauēdum imprimis, ne quid obscuritatis pareat subauditio. hæc regula partim patuit, partim patebit, pulcherrime hac de re Val la, quā ipse exēplis dūtaxat aperiā, mirabile dictu q̄tū honoris cōsesecutus sit scriptis suis Badius. Nulla mora imus homelia Gregorius &c. Virgi. Nūc fama minores Italiā dixisse, subaudi est. Tū Venus, intellige dixit, aut qd sile. Quo mihi diuitiæ si uti non liceat, i. ad quid sunt. Hora, ad Torquatū, Quo mihi fortuna est si nō concedit uti, sic legi in eo quē habeo, aliq nō habet uerbū substantiuū, sed usus melior est cū uerbo, nisi actm ponas fortunā. Idē. Vnde mihi lapidē quorsum est opus: unde sagittas: subaudi habebō uel acquirā, ut te uerberē. Iuue. Vnde tibi frontē libertatēq; parētis Quū facias peiora senex: subaudi esse putas uel credis, ut unde huic diuitias. Et in Sacris. Vnde mihi hoc, ut mater dñi ueniat ad me, subaudi datum est. Quinti. Vnde hūc illi animū putas, s. esse aut quid sile. Idē. Vñ miserē tunc, unde somnus: erat scilicet. Cice. Eloquētiā esse q̄ pœnis eripi at scelestos, subaudi dicūt. Idē. Qd̄ aut scribis de illo negocio, ego nescio qd cōsilij capiā, subaudi respōdeo ego nescio &c. Quinti. Si cōfessionē exigitis culpæ meæ, ego sui pater durus, subaudi confiteor q̄ fui &c. Cice. In obsequio qm̄ terētiano uerbo libēter utimur, absentatio absit, ueritas retineat, subaudi ita loqmur, quoniā in obsequio quoniā &c. & alibi. Satiari delectatiōe nō possum, ut meæ senectutis requiē, oblectationēq; noscatis subitellige, hoc dico ut noscatis &c. Plī. Iunior in epī. Studes an piscaris, an uenaris, an simul omnia: subaudi facis. Quinti. Nihil aliud q̄ reuēt subaudi faciet. Martia. Nil aliud bulbis q̄ satur esse potes, subaudi nil aliud facere q̄ esse &c. Ouid. Si rite recordor in byblide. Dñ melius, dñ nēpe suas habuere sorores, melius subaudi fecerunt, faciāt aut uelint sic. dñ meliora, qd Lucanus exp̄sso dicēs. Dñ meliora uelint. Quinti. Tu melius uxor q̄ facturū retinebas, melius supple fecisti ita. bñ Ennius. p̄clare Anaxagoras, fortiter Scipio, prudenter Fabius, supple dixit aut fecit. Eleganter etiā sic loqmur teste Valla. ex quo hæc sunt deprompta. Resstat mihi exponēda uita, quā hic egit in magistratu, res digna auditu imprimis, subaudi est, uel reliquū est, ut exponā uita qua fuit in magistratu, rem dignā auditu imprimis. Item quid rei tibi cum illo: nō

Ioannis Despauterij Niniuite.

dubiū quin uxorē nolit filius ridiculū ineptiæ, fabulæ, aping, trichæ, nuggæ, non siqd turbida roma Eleuet accedas &c. sed quid opus plura. Et alia id genus multa, de his als. Nūc ad reliqua, pulchra qdem sed nihil ad nostrā hāc, quid ad me, quid mea. Cui Iesus, præclarū dicitur Ciceronis qui & Tullius, modo p dūmodo. Ouidi. Gnosia fecisses inopē sapiēter amasset, subaudi si, uerū id usu rarius uenit. Plinius. Dedisses huic animo par corpus. i. si dedisses. Hora. i arte. Quin tilio. si quid recitares corrige sodes. Hoc aiebat & hoc, melius te posse negares &c. i. si negares. Hęc si quis rite imitabit nō dubiū quin ornatus plurimū cuius orōni afferent, qd modo subijciā. Cice, p Sex. Roscio. Credo uos iudices mirari, ueluti quid sit quū tot sūmi oratores uiriq; nobilissimi sedeāt, ego potissimū surrexissem, non dixit (ut rustici loquerētur) credo uos mirari q ego & cetera, esset enim idiotissimos. ut Plini. ait. Iuno uirgiliana. Me ne iccepto desistere uictā me ne subaudi oportet, aut decet, aut uerū &c. Plin. Iunior ad Adrias nū. hoīem ne romanū tam græce loqui. Cice. ad Terentiā uxorē. Me miserū in tantas calamitates mea culpa incidisse, subaudi heu uel o me miserū oportuit ne incidisse. Audiui te affuisse, ut ceteros in plio subaudi ut ceteros audiui &c. Audiui te affuisse i plio, ut ceteri subaudi affuerūt, uel forte etiā ut audiuerūt ceteri. Alia id gen^o ubi uerbum substantiuū uel aliud quidpiā intelligit, sunt quidē plurima de quibus certa regula dari nō pōt. Iratis cōuenit aposiopisis. i. reticētia et cōfusa locutio. Phedria terētianus. Ego ne illā, quæ me, quæ illū, quæ non &c. Neptunus Virgilianus de uētis. Quos ego, subaudi puniā acerrime. inde ait. sed præstat &c. Nūc aliquādo ne implicite quidem regit, aut regit primo causa relationis, ut diximus. Psalmogra phus. disciplina tua ipsa me docebit. aliquādo p ablatiuo ponit, ut cuius humilitatē dñs respiciēs, uirgo cōcepit, pro dño respiciētē, qd non imitabimur etiā si docti sic fuerint aliqñ loquuti. Mira imo nō sine risu legenda, sompniauerunt indoctissimi literatores de ista oratione, in cōuertēdo dñs captiuitatē sion &c. de qua in regimine accusatiui, ubi de gerundijs agemus.

Regimen genitiui, REGVLA. I.

SI duo continue iunguntur fixa nec una
Si res in patrio recte casu dabis vnum.

Omne substantiuū regit alterū substantiuū in genitiuo si ipsa pro diuersis accipiatur, uel habeant se ut p diuersis accepta continuo neq; explicite, neq; implicite coniunctione intercedenti, ut instar montis, id est ad equiparationē melius q; ad similitudinē teste Valla. Quidā